

Azarias propheta



Helya propheta



Abdias



Abdias



Jonas



Azarias filius obeth ppha clarus habetur qui de captiuitate predixit. Hic egressus in occursum aza regis iuda. et confortatus est in verbis pphie. et eius promptiore de dei cultu reddidit animatum. et abstulit ydola de omni terra iuda et beniamin.

Amri rex israel deleuit domum baasa et statim percussit eum Amri et regnauit pro eo.

Helya ppha oratione obtinuit qd tribus annis et dimidio non plueret sup terra. Hic passus est a coruo in torrente carith. vbi coruus deferebat ei panem et carnes mane et sero. Exinde vidua sareptana de pugillo farine non deficiente cuius filium mortuum matri viuum restituit eum paut. Ipse etiam coram populo isrl congregato in monte carmeli igne descendere fecit de celo sup sacrificio qd qz quadringenti sacerdotes ydolorum facere nequiebat occidi fecit. Et propter hoc eum Jezabel in ultione ipsorum vbiqz persecutus est. prexit in desertum sub iunipero dormienti angelus appuit excitans eum ad esum panis subcinericij sibi allati et exortas vt comederet in cuius fortitudine cibi. xl. diebus ambulauit vsqz ad montem oreb. inde in damascum veniens. deinde a domino per turbidinem in celum vectus est.

Abdias vnus de xii. pphis ponitur in figura. dicitur fuisse dispensator domus achab regis isrl. Qui cum Jezabel regina vxor achab interficeret pphas domini. abscondit ex eis quinquagenos et quinquagenos in speluncis pautqz eos. et ideo meruit a domino spiritum pphie.

Achab sextus rex isrl sup omnes qd erant ante eum iniquus regit maxime suasu pessime Jezabel vxoris sue. Qui postremo in bello percussus sagitta obiit. Fuit autem Jezabel filia regis sydoniorum totius malicie prodigium. que occidit Naboth et pphas domini. Ipse vero in perfecta est per hieu et a canibus comesta.

Micheas ppha de tribu ephrem oriens in morasti. Quam peccantem achab sepius arguebat. et ipsum predixit morturum sub Jozas filio eius. precipitio valde porrecto iactatus occubuit.

Ochosis rex isrl septimus misit ad beelzebub deum accaron consulendum si posset sanari propter quod obiit iuxta verbum helie. Cepit autem regnare anno. xvij. regis iude Josaphat. Extinctus est aut sine filio. cui successit in regno frater eius Joram.

Jonas propheta filius Amathi clarus habetur et multa predixit que non sunt scripta hic. post hec mittitur ad ninuen. vt patet in eius libro dicitur autem qd ipse helyas suscitauerit a morte adhuc puerum. Is a ceto deglutitur. passionem christi naufragio prefigurauit.

Joram octauum regem israel obsedit benedab in samaria. et meritis helisei liberatus est. Ipse autem regnare cepit anno. xvij. regis iosaphat loco fratris sui Ochosis. Sed quia secutus fuit peccatus Jeroboam interfectus est a hieu cum omni domo patris sui. Quis per aliquot annos obseruatione preceptorum dei et moderatione in suos usus fuisset. Et heliseum prophetam in veneratione et precio habuisset. Moabitarum regem fudit et eius ciuitates subuertit. Et omnia inimicorum spolia consecutus est.

Linea Regum israel

Zamri



Amri al' ambri



Achab Jezabel



Ochosis



Joram

